

Opitergi /
nū excidiūHracliaē cō
ditioEquilii con
ditioTribunitiaē
discordiaēHeraclia /
nus cōuen /
tus

quandoq; res Venetæ non in motu essent : Fortunatus Aquileiensis Longobar
dorum opibus frætus Gradensem ecclesiam tum Metropolitanam : auro : uesti
bus : omniq; precioso apparatu spoliavit : In cuius præsentia clade destitutæ an
tistitem Honorius pontifex annitente Heraclio imperatore Primogenium le
git : Cui sedem tenenti magnum ille auri atq; argenti pondus ad religionem
splendido uasorum ac uestium apparatu instruendam dono misit : Et cum
his diui Marci sedem ex Alexandria delatam : Is per quietem monitus ex agel
lo qui Alexandria Aquileiensis mira pietate fœminæ fuerat Hermagoræ &
Fortunati corpora Gradum deportauit : atq; in abdito summa ueneratione
condidit . Sub id ferme tempus Opitergium quoq; a Rothare Longobardo
rum rege euertitur : qui inde profugerant antistitem suum uirum optimum
nomine Magnum secuti in Iesulanis finibus confedere : Condideruntq; sibi
urbem quam in gratiam Heraclii principis ipsi Heracliam : recentiores uero ur
bem nouam dixere : Nunc ferme omnia æquata sunt solo : monstrantur uetu
stissimæ ibi ædis uestigia quam primi illi Heraclianæ urbis fundatores diuo Pe
tro sacram esse uoluerunt : Eadem quoq; tempestate Paulus Altinas antistes
Longobardica arma reformidans uicinorum consternatus clade : cum omni sa
cra supellectile frequentiq; popularium manu Torcellum migravit : Patauina
quoq; sedes Seuerino Romano pontifice auctore Medoacum per id tempus
inuenta est : Multa phana ab Accolis mira pietate uiris circa Torcellum con
stituta : Quem uicum tradunt quidam a Constantio Heraclii filio qui per
id tempus Romam nauigaturus eo appulerat : Constantiacum ab Incolis nun
cupari cœpisse : Interim uero quum Heracliana ciuitas frequenti hominum
concurso magnopere creuisset : nec locus præ nimia multitudine plures capere
posset : Pastores qui Barbarorum incursum declinantes equarum bouumq; ar
menta amplissima in id littus compulerant : quia in Heracliam se recipere
non poterant : haud longe inde locum sibi muniunt : quod a re ipsa (ut Bo
nitendus tradidit) Equilium dixerunt : Scio ego non deesse qui Equilium id
fuisse interpretentur : quod hodie Iesulum uocant : auctores autem quos se
quimur utrunq; nomen tanq; diuersa fuerint oppida diuersi usurpant : Et hæc
sunt quæ de prisca Venetis deq; origine & incrementis urbis laboriose conqui
sita tradere potuimus : Nunc quemadmodum primus Dux creatus sit dicam :
Quæ administrationis ratio : & si quandoq; intermissa est : ut optima tamen
ac reipublicæ maxime salutaris ad hunc quoq; diem seruetur : Cœperant insu
larum tribuni non ita ut ante concordiam animo rempu. administrantes ciuili se
ditione omnia turbare : Apparebatq; ex ea discordia corpus coalescentis ciuita
tis paulopost omnino solutum iri : Hanc occasionem nactus Liuthprandus
qui ducario nomine Maritimæ Carnorum oræ (Forum Iulium nunc regionem
appellant) præsidebat : ratus id quod erat domestica seditione solui posse rem
Venetam : Quam plus certe q̄ satis sibi & uicinis tutum esset crescere uide
bat : Venetos fines inuadere statuit : Quæ belli causa prætextata sit : haud com
pertum habeo : satis constat Longobardicis armis per id tempus fines Venetos
hostiliter infestatos : Id quum insulani Indigne ferrent rati quod erat opes suas
cœpisse ciuili discordia finitimis uilescere : ac paulopost fore ni eorum conatibus
iretur obuiam : ut a barbaro hoste nouæ ciuitatis oia per occasionem sollicitante
ingens respu. caperet detrimentum : communibus querelis publicum omni Ve
neto nomini in Heracliam concilium indicitur : Cui Christophorus Gradensis
antistes cum numeroso clero præfuit : Hic diuinis rebus procuratis : Quum de